sana mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia sibi recogniti Nobiles Mat-
thaeus et Andreas filii olim Georgij Niemyiski privigni sui pro dotalicio et addotalicio
sibi per olim memoratum Georgium Niemyiski secundi nuptus maritum suum paren-
tem vero ipsorum in medietate omnium et singulorum bonorum suorum super summam Quadra-
ginta sexagenar. dotis et addotalicij quing. sexagenarium modo reformorio inscript. re-
aliter et effective satisfecerunt ideo ipsos suo et nomine nobilis Marinae filiae suae procreatae
cum eodem olim Georgio Niemyiski procreata a qua pacem in forma iuris plenissima caret
quietat emittit et liberos facit inscriptionemq. eandem reformoriam cum addotalicio cassat et
annihilat pretio salvam medietatem seminaturae sibi recognoscenti reservando.

## Smurlowna Niemyiska inscriptionem Cassat.

Coram Officio et actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Marina filia nobilis Pauli Smurlo
relicta consors primi olim nobilis Petri de Plonowo Zalewski secundi vero matrimonij con-
sors relicta olim Georgij Niemyiski ad praesens vero tertij nuptus Nobilis Stanislai Niemyi-
ski coniunx legitima cum mariti sui vitutoris coniugalis personali assistentia sana mente et
corpore existens palam ac libere recognovit Quia ipsa inscriptionem certam inter se et olim No-
bilem Georgium Niemyiski priorem maritum suum coram actis castrensibus Branscensibus feria
secunda post Dominicam Sexagesima Anno Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Octavo mutuo
iure advitalicio in omnibus bonis factam cum omnibus eiusdem inscriptionibus suae et iuris advitalitij
conditionibus et ligamentis cassat annihilat et mortificat ac de bonis ex nunc condescen-
dit perpetuis temporibus personali sua recognitione in praemissis mediante.

## Niemyie Sklody Obligatio.

Coram officio et actis praesentibus castrensibus Branscensibus personaliter comparentes Nobiles Matthaeus et Andreas olim
Georgij Niemyiski sani mente et corpore existentes palam ac libere recognoverunt Quia Nobili Sta-
nislao olim Jacobi Niemyiski bonorum suorum in bonis Niemyie Sklody sitis duos sulcos iare
incipiendo a pratagio ad borram excepto prato tendendo inter metas Mathiae Niemyiski et eorundem
recontium iacentes in alio campo duos sulcos ex opposito horrei incipiendo a via zagumienna ad
borram protendendo inter metas ut supra iacentes In tertio campo duos sulcos incipiendo a granicie Zeb-
skowska ad borram per viam stratam tendendo inter metas ut supra iacentes Cum omnibus et singulis eo-
rundem utilitatibus fructibus attinentiis et pertinentiis nullis exceptis in Summa Viginti Sexagenarum Polonicalium
videlicet Matthaeus in decem sexagenis Polonicalibus Andreas vero in alijs decem sexagenis Polonicalibus ad e-
xemptionem et summae praefatae integram exolutionem obligaverunt et inscripserunt Admittendo ei

1528

introductionem realem cum pacifica possessione per nobilem et alteros duos officiose acceptandam. Pacem quoque tuitionem evictionis occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico quarumlibet personarum propinquarum et remotarum toto tempore tenutae eius cavent et de bonis suis omnibus se inscribunt sub vadio aliorum viginti florenorum polonicalium quilibet pro suo interesse et coram officio castrensi Drohicien. pensita[illegible] renunciatione omnibus in universum iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores utriusque sexus subiciendo, submissione sua suorumque successorum totius causae.

## Niemyiskich mutua Advitalitas.

Coram officio et actis praesentibus castrensibus Bransceñ. personaliter comparentes Nobiles Stanislaus olim Jacobi Niemyiski ab una et Nobilis Marina filia olim Pauli Szmurlo consors eius partibus ab altera sani mente et corpore existentes palam ac libere recognoverunt Quia ipsi inter se mutuam et reciprocam advitalitatem omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium tam avitorum paternorum maternorum quaesitorum obligatoriorum et alio quovis modo ac iuris titulo concernentium nunc habitorum et in posterum favente divina clementia habendorum in areis hortis agris pratis campis sylvis borris rubetis gayis nemoribus aedificiis omnibus parvis et magnis pecoribus pecudibus totaque substantia et suppellectili domestica ad extrema vitae suae tempora inscribunt tali vero modo. Quod si prius Nobilem Stanislaum Niemyiski quam Nobilem Marinam Szmurlowna conthoralem eius de hac luce decedere contigerit extunc ipsa Nobilis Marina Szmurlowna bona omnia mariti sui mobilia et immobilia cum omnibus eorumque bonorum utilitatibus fructibus proventibus attinentiis cunctisque commodis et obventionibus universis nullis exceptis tenebit habebit possidebit illisque ad extrema vitae suae tempora usufruetur. Post mortem vero ipsius bona suprascripta omnia in successores suprascripti mariti absque quavis contradictione successorum conthoralis suae devolvi debebunt. Similiter etiam quod si prius Nobilis Marina Szmurlowna quam Nobilis Stanislaus Niemyiski de hac luce decesserit extunc ipse maritus bona conthoralis suae mobilia et immobilia in areis hortis agris pratis campis sylvis gayis nemoribus cum omnibus et singulis attinentiis cunctisque commodis nullis pro se vel alio quopiam reservatis tenebit et possidebit illisque ad extrema vitae suae tempora usufruetur. Post mortem vero ipsius mariti bona eadem omnia morte eius derelicta in successores supranominatae conthoralis absque quovis impedimento successorum praefati mariti devolventur et devolvi debebunt. Praesentemque inscriptionem consenserunt sibi mutuo ex his actis acceptam ad acta Terrestria propriis districtibus adherentium unius non obstante transferre et transportare.

## Niemyiski Szmurlowne Reformavit

Coram officio et actis praesentibus castrensibus Bransceñ personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Jacobi Niemyiski sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Nobili

Marina